De scriptis Friesianis novae animadversiones Scripsit W. Nylander.

Modo semper eodem D. Fries in Nr. 40 Florae longe respondet animadversionibus meis ultimis (in Nr. 34); „quod paucis licet absolvere" dicit et haud minus quam 7 paginas denuo argumentis solitae indolis occupat. Plerasque animadversiones, quas feci, lubrice fugiens credere videtur, se dissertatione protracta vel diducta speciem coram certis lectoribus servare posse defensoris veritatis vel critici valde innocentis; at rebus, de quibus agitur attendentes haud nesciunt quid valet quod mihi insinuationes calumniosas denuntianti opponit: „de verbis modo (N.) dimicare studet, unde fructus scientiae non licet carpere", atque maxime tum commodum invenit tacere vel ad momenta alia transire, de sententiis suis subjectivis (fructibus sine dubio scientiae praegnantissimis) late disserens.[1]) Decens sibi putavit,

[1]) De momentis a se selectis in Flora Nr. 40 paucis videre liceat qualia sunt responsa Magistri Upsaliensis. — Quid de differentiis elementorum gonidialium disputem cum auctore, qui summum fecit detectum anatomicum, sporas in Coniocybe esse „orbiculares complanatas" (vide in Flora 1857, p. 634), nec sphaericas, sicut censent alii botanici. Anne talis detectoris judicium habere fas est „minimi ponderis minimaeque auctoritatis", ubi de rebus anatomicis et analyticis praecipue agitur. Si differentiae, quas indicavi, non sunt certae, tum descriptiones meae et figurae falsae. Anne hoc insinuare vellet Magister Upsaliensis. — Quid amplius disputem de charactere generico e spermogoniis quaesito, quibus me „vim nullam quum de lichenibus inferioribus agitur adtribuere" audacter declarare conveniens habet. Omnes qui scripta mea nonnihil legerunt notum habent, me ubique ea organa respicere et simul eadem structuram simpliciorem et minores differentias offerre in lichenibus inferioribus quam in superioribus, quod ignorare Magistro Upsaliensi est aptissimum. — De „Alectoria Thulensi" Th. Fr. solum observem, in synonymiam relegatum fuisse nomen Delisenum, et A. divergentem adhuc parum esse cognitam; alioquin in Lich. Scandinav. p. 71 differentias exposui ejus et nigricantis, nihilque silentio praeterire opus habui (tamquam contendit insinuatio Friesiana.) — De „Verrucaria muscorum" Fr. frustra negatur, confusionem pessimam sub eo nomine latere (commixtis scilicet *Verr. gelatinosa* Ach., *V. muscicola* Ach et *V. sphinctrinoide* Nyl., sin adhuc aliis), etiamsi „specimina perfecta" fuerint e „Blekingia"; quod „distincta" varietas dicitur perparum distinguitur. Ceterequin auctor Syst. Orb. Veg. in herbario Acharii videre potuit nomen *muscicola* Ach. — *Lecideam myrtocarpam* DC. Magistro Upsaliensi tandem „claram" feci; in anfractibus solitis, quibus fidem determinationum mearum demovere enixe studet, jam frustra auxilium petiit. Operae pretium vix est, ut ex. gr. de *Strigula abietina* Fr. observem, similiter parum necessarium esse, ut ipse Magister Upsaliensis eam viderit, quare inutile omnino fuit scribere „opinionem

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0029-8

opus edere quavis fere pagina calumnias contra me vel trillationem me vituperandi flagrantissimam exhibens, quem risum audacter susceptum nonnisi ipsi nocere posse antea jam notavi. Haud metuit ex gr. publice declarare (etiam in ephemeride vulgari, nec scientiam spectante), me a lichenologis plurimis acer-

---

Nylandri (Pyrenoc. p. 68) neque refellere neque confirmare possumus." L. c. me specimina archetypa examinavisse attuli et ea dixi „modo maculas exanthematicas epidermidis foliorum abietis" sistere. Hocce Fries tute credere potuerat. — Ad *Cladoniam decorticatam* audacia solita revertit, dicens de me „suum erratum ut celet citat Fr. *L. S. exs.* 81": quod erratum? Non is sum, qui aliquid in verbis vel factis meis celandum habeo. In Syn. 1, p. 199, scribo „Cl. decorticata Fr. *L. E.* pr. p. (non Flk.)" — quod omnino recte auctoritateque ipsius Fries patris confirmatum; nam jam 1852 (in Nyl. Fl. Helsingf. p. 218) *decorticata* ita (determinante Fries.!) a me indicatur et additur nota „thalli folia majora quam apud affines, quibuscum saepe mixtim crescit, et pagina superiore glaucescente," unde patet me tunc jam speciem melius distinxisse quam auctorem Lichenographiae europaeae reformatae." *L. S. exs.* 81. „inscribitur" Cl. decorticata „et est eadem, circa quam in L. E. p. 218 et 227" modo confusionem auctor prodit, et pejores quidem commisit. Negat porro impavide Magister Upsaliensis *decorticatam* Flk. identicam esse cum *pityrea* Ach; quo respectu afferre satis est Acharium in herbario suo „decorticatam" (a Flörke missam) sub sua *pityrea*, quae revera non distinguenda, disposuisse. Sic transit gloria argumentorum Friesianorum. — De *Arthonia mediella* infauste inutiliterque deblaterat „quomodo e solo nomine speciem determinare" etc, immo verba magna „falsa atque mendacia" fortiter emittit; inanes ita impetus facit et maxime ridiculos, nam species haecce describitur fere tota pagina in *Sällsk. pro F. et Fl. Fenn. Notiser* 4, p. 238, quem librum Magister Upsaliensis ex. gr. pro *Verrucaria muscicola* Ach. carpenda citare non neglexit. Neque ullis, quos adhuc tentaverit, anfractibus, suam „trabinellam" servare valebit; satius fuisset, peccatum suum mox agnoscere. — At sane taedet miserias ejus indolis singulatim recensere. Tacetur omnino a Magistro Upsaliensi „Biatoram campestrem" in Fr. *L. E.* identicam declarari cum *Pezizа Mougeotii* Pers. (nomine anteriore), quod praecipue animadverti. — Poscor sane impudenter principia mea systematica exponere, quum in scriptis meis id satis feci; nubes amantes ad „principia" Friesiana relegavi. — Dicuntur in Lich. Arct. „praecipuas species" europaeas enumerari; quomodo hoc serium habeatur, quum de limitibus generum agitur nonnisi speciebus omnibus allatis determinandis et quum genera plurima in terris arcticis desunt; genera sine indicatione specierum proponere admodum est commodum et cautum, sed certe parum stabilitum. Verendum esse, ne sint ludibria ventis, antea jam monui. — Auxiliarios Magister Upsaliensis avide (at frustra) undecunque quaerit, neque multum juvat cl. Stizenberger (qui evidenter alium lichenem quam meam *Parmeltam colpodem* in Flora h. a. Nr. 25 examinavit, sed de ea re seorsim proxima vice). — *Pannariam brunneam* et *Psoroma hypnorum* species Magister Upsaliensis dixit „maxime affines et generice vix tute distinguendas", quod necessario titubans est (nam vix tute idem est ac si diceres fere); respondet scholastice „haud explicandum esset, si dixissem maxime affines et generice tute distinguendas." Dicendum erat: hoc adhuc

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0030-9

rime judicari et parvi aestimari. Quum dein poscitur citare: a quibus vel ubi, honestum dat responsum: „de verbis modo (N.) dimicare studet.“ Cur tam caute evitat testimonia illa plurima gravissima et maxime singularia speciatim afferre. Cur ea celare? Quid significat „altum ejus de hac re silentium?“ — Haud metuit, me declarare „veterum opera despicientem“? quam insinuationem modo verba omnino innocentia sistere probabiliter putat. Quisnam vero lichenographus hodie curam diligentissimam synonymiae tribuit veterum scriptorum, quis plurima eorum examinavit herbaria vel specimina? Accusationes autem suas strenue emissas probare plane superfluum habet Magister Upsaliensis; satis est ut affirmet. — Tales quidem maxime ridiculas interdum profert, ex. gr. quum dicit (in Gen. Heterol. p. 23) de me „abundante generum numero cum Massalongo brevi poterit certare,“ vel quum dicit (l. c. p. 40) me *Calicieos* et *Spaerophoreos* una serie jungentem eam sumsisse dispositionem in Fr. Lich. Dian. nov. (anni 1817) est thesis, ubi sub „ordine IV. *Coniocarporum*“ mire congesta adspiciuntur *Roccella*, *Sphaerophoron*, *Rhizomorpha*, *Coniocybe*, *Calicium*, *Variolaria*, *Lepraria* etc.!). — Parum attendit structurae elementari vel analysi accuratiori, et declarat de re tali, ex. gr. (l. c. p. 62) gonidiis quidem discrepat, sed vis hujus characteris vix adhuc est explorata,“ ergo negligenda. Quid vero character est nisi differentia? Differentia adest, sed quia a me indicatur praetervidenda (vel „vix adhuc explorata“) esset! Talis sententia Friesiana nec titubans, nec contorta habeatur et omnino honesta. — „Nullam differentiam praeter spermatia“ audacia ridicula affert (l. c. p. 52) a me assignatam inter genera *Chloream*

---

magis titubans et adhuc minus explicandum foisset. — Cur de „*Agyrio*, *Cetraria nigricante*, *Sphaeriis*, cephalodiis e. s. p.“ tam „altum silentium“ servare? Quod adtinet ad thecas Sphaeriarum videatur Tul. Sel. Fungor. Carpol. p. 84, ubi legitur „hoc primo a cl. Nylandro observatum posteaque a nobismet comprobatum.“ — Quid ex argumentis suis ponderis aliquantuli „praeterisse“ contendere vult Magister Upsaliensis? Anne quod attulit in *Lichene leucolepi* Whlnb. (quam obiter observem, in Anz. Exs, 27, sub nomine *Pannaria glaciali*, dari simul cum commixtis *P. Hookerti* et *lepidiota*) substratum obvenire „*Strosphonem*“, specimine innixus Wahlenbergiano. Accuratius conspiciat Magister Upsaliensis et ibi inveniat *Racodium rupestre* Pers., quod vidi equidem in typo ipso Wahlenbergiano. Vel anne vellet, ut donuo tangam ex gr. „nucleos“ sporarum vel „membranam interiorem ascorum evidentem“, qui termini jam in scriptis Friesianis (me monente) evitantur. Vel quid aliud? Ita nonnisi umbrae „hircorum Thoreanorum“ quorumdam in Florae Nro. 40 apparuere. Numne „reviviscant“?

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0031-5

et *Everniam*, inter *Cetrariam* et *Platysma* (l. c. p. 54), atque (p. 94) „primariam inter *Opegraphem* et *Graphidem* notam“ a me statui colorem diversum sporarum jodo addito affectum! Qualiacunque sic mihi imputare veniam sibi dedit Magister Upsaliensis superbam, at sane miserandam.

Quae memoravi, tantum perpauca exempla praebent nisus strenui continuique Friesiani, et subsimilia in quavis fere pagina occurrunt; negotium esset me indignum talia longius persequi, nec volui nisi brevissime ea denuntiare, quod quum leniter quidem feci (si comparatur natura offensionum), voce magna Magister Upsaliensis clamitavit verba mea „fere inaudita“ fuisse neminemque magis quam se ab omni culpa remotum inveniri.

Iudicium virorum, quos nominavi, vix est dubium. Videatur vero, quinam conatibus Friesianis contra me institutis applaudent.

Pflanzensammlungen,

welche von dem Unterzeichneten gegen frankirte Einsendung des Betrages bezogen werden können.

1. Don Pedro del Campo pl. Hispaniae prope Granatam et in Sierra Nevada collectae. Sp. 70—100 8 fl. 24 kr., 5 Thlr. 27 sgr. — 12 fl. rh. 7 Thlr. pr. Ct. Das Verzeichniss der Arten findet sich: Leipz. b. Z. 1857. 311. Flora 1857. 319.
2. Bordère pl. m. Pyrenaeorum altiorum. Sect. I. Sp. 20—80 2 fl. 1. Thlr. 5 sgr. — 8 fl. 4 Thlr. 18 sgr. — Sect. II. Sp. 20—70. 2 fl. 1 Thlr. 5 sgr. — 7 fl. 4 Thlr.
3. Pl. Galliae praesert. australis. Sp. 250. 21 fl. 12 Thlr.
4. Cesati et Caruel pl. Italiae borealis. Sect. I—III. Sp. 20—100 2 fl. 1 Thlr. 5 sgr. — 10 fl. 5 Thlr. 22 sgr.
5. Huet du Pavillon pl. Siciliae et mont. Aprutiorum. Sect. I.—II. Sp. 610. 71 fl. 21 kr. 40 Thlr. 23 sgr. Leipz. b. Z. 1856. 293.
6. Prof. Orphanides Flora graeca exsiccata. Cent. I.—V. 95 fl. 33 kr. 54 Thlr. 17 sgr.
7. Spruner pl. Atticae. Sp 215. 21 fl. 30 kr. 12 Thlr. 10 sgr.
8. Blytt pl. Norvegiae rariores. Sp. 100. 10 fl. 5 Thlr. 22 sgr.
9. Chr. Breutel Flora Germanica exsiccata. Cryptogamia. Cent. I—IV. Zu 7 fl. 53 kr. 4 Thlr. 15 sgr. Leipz. b. Z. 1859. 327. 1860. 358. Flora 1859. 525. 563.
10. Titius et Kalchbrenner Algae m. Adriatici. Sp. 100. 14 Fl. 8 Thlr. Flora 1861. 637.
11. Becker pl. desert. Wolgae inferioris. Sect. I. II. Sp. 30—76. 4 fl. 12 kr. 2 Thlr. 12 sgr. — 10 fl. 56 kr. 6 Thlr. 3 sgr.
12. Pl. caucasicae rariores. Sp. 50—150. 6 fl. 3 Thlr. 15 sgr. — 18 fl. 10 Thlr. 10 sgr.
13. Pl. caucasicae Sect. VIII. Sp. 22. 2 fl. 30 kr. 1 Thlr. 15 sgr.
14. Reliquiae Scovitzianae. Pl. Armeniae, Persiae bor., Iberiae. Sp. 20—115. 2 fl. 24 kr. 1. Thlr. 12 sgr. — 13 fl. 48 kr. 8 Thlr. 1 sgr.
15. Pinard pl. Cariae. Sp. 186. 17 fl. 9 Thlr. 20 sgr.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0032-1

et *Everniam*, inter *Cetrariam* et *Platysma* (l. c. p. 54), atque (p. 94) „primariam inter *Opegraphem* et *Graphidem* notam“ a me statui colorem diversum sporarum jodo addito affectum! Qualiacunque sic mihi imputare veniam sibi dedit Magister Upsaliensis superbam, at sane miserandam.

Quae memoravi, tantum perpauca exempla praebent nisus strenui continuique Friesiani, et subsimilia in quavis fere pagina occurrunt; negotium esset me indignum talia longius persequi, nec volui nisi brevissime ea denuntiare, quod quum leniter quidem feci (si comparatur natura offensionum), voce magna Magister Upsaliensis clamitavit verba mea „fere inaudita“ fuisse neminemque magis quam se ab omni culpa remotum inveniri.

Iudicium virorum, quos nominavi, vix est dubium. Videatur vero, quinam conatibus Friesianis contra me institutis applaudent.

Pflanzensammlungen,

welche von dem Unterzeichneten gegen frankirte Einsendung des Betrages bezogen werden können.

1. Don Pedro del Campo pl. Hispaniae prope Granatam et in Sierra Nevada collectae. Sp. 70—100 8 fl. 24 kr., 5 Thlr. 27 sgr. — 12 fl. rh. 7 Thlr. pr. Ct. Das Verzeichniss der Arten findet sich: Leipz. b. Z. 1857. 311. Flora 1857. 319.
2. Bordère pl. m. Pyrenaeorum altiorum. Sect. I. Sp. 20—80 2 fl. 1. Thlr. 5 sgr. — 8 fl. 4 Thlr. 18 sgr. — Sect. II. Sp. 20—70. 2 fl. 1 Thlr. 5 sgr. — 7 fl. 4 Thlr.
3. Pl. Galliae praesert. australis. Sp. 250. 21 fl. 12 Thlr.
4. Cesati et Caruel pl. Italiae borealis. Sect. I—III. Sp. 20—100 2 fl. 1 Thlr. 5 sgr. — 10 fl. 5 Thlr. 22 sgr.
5. Huet du Pavillon pl. Siciliae et mont. Aprutiorum. Sect. I.—II. Sp. 610. 71 fl. 21 kr. 40 Thlr. 23 sgr. Leipz. b. Z. 1856. 293.
6. Prof. Orphanides Flora graeca exsiccata. Cent. I.—V. 95 fl. 33 kr. 54 Thlr. 17 sgr.
7. Spruner pl. Atticae. Sp 215. 21 fl. 30 kr. 12 Thlr. 10 sgr.
8. Blytt pl. Norvegiae rariores. Sp. 100. 10 fl. 5 Thlr. 22 sgr.
9. Chr. Breutel Flora Germanica exsiccata. Cryptogamia. Cent. I—IV. Zu 7 fl. 53 kr. 4 Thlr. 15 sgr. Leipz. b. Z. 1859. 327. 1860. 358. Flora 1859. 525. 563.
10. Titius et Kalchbrenner Algae m. Adriatici. Sp. 100. 14 Fl. 8 Thlr. Flora 1861. 637.
11. Becker pl. desert. Wolgae inferioris. Sect. I. II. Sp. 30—76. 4 fl. 12 kr. 2 Thlr. 12 sgr. — 10 fl. 56 kr. 6 Thlr. 3 sgr.
12. Pl. caucasicae rariores. Sp. 50—150. 6 fl. 3 Thlr. 15 sgr. — 18 fl. 10 Thlr. 10 sgr.
13. Pl. caucasicae Sect. VIII. Sp. 22. 2 fl. 30 kr. 1 Thlr. 15 sgr.
14. Reliquiae Scovitzianae. Pl. Armeniae, Persiae bor., Iberiae. Sp. 20—115. 2 fl. 24 kr. 1. Thlr. 12 sgr. — 13 fl. 48 kr. 8 Thlr. 1 sgr.
15. Pinard pl. Cariae. Sp. 186. 17 fl. 9 Thlr. 20 sgr.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0032-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: 45

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De scriptis Friesianis novae animadversiortes 27-30